¶ De ſancta Agatha oratio.

Salue ſctā Agatha v̄go ⁊ martir dei inclita tuis p̄cibus nos xp̄o cōmenda. Ad te clamam⁹ in anguſtiis conſtituti. Ad te ſuſpiramus auxiliū querentes. Eya ergo virgo electa: tuū letum oculoꝝ aſpectum ad nos tu inclina Et Jeſum crucifixū: qui tollit mūdi peccatū: redde nobis humiliter placatū. O clemens: O pia. O dulcis v̄go et martyr ſctā Agatha. ℣. Ora pro nobis beata Agatha. Ut digni. Oratio.

Intercesſionibus beate Agathe v̄ginis ⁊ martyris tue: q̄ms domine: fructū clementie tue ſentiāt ſupplicantes: cuius oratiōibus in ſancta eccleſia tua etiā eorum deuote efficiātur mentes. Per. ¶ De ſctō Dorothea oratio.

O Inuictiſſima xp̄i martyr ⁊ v̄go ſancta Dorothea. p̄ noſtris ſceleribus dulcē ſponſum tuū dominū noſtrum Jeſum chriſtū inſtāter exora: vt ſpiritum timoris ⁊ ſancti amoris nobis elargiri digne᷑: in eius

ꝗ mandatis nos pſeuerare: ⁊ que ſibi
placita ſunt. tuo interuentu. facias ſp
poſtulare. Per. ℣ Ora ꝓ nobis ſancta
Dorothea. Ut digni. Oratio.
Omnipotẽs ſempiterne deus: in
cuius noĩe glorioſa ṽgo ⁊ martyr do-
rothea. multoꝝ tormentoꝝ genera ſu-
perauit: te ſuppliciter exoramꝰ: vt eius
interuentu. cũcta pericula deuincamꝰ
ipſamq́ʒ in noſtris neceſſitatibus adiu
tricẽ celerem ſentiamus. Per dñm.

De ſancta Appolonia oõ. vt ſupra
de ſancta Agatha. ℣ Ora ꝓ nobis ſan
cta Appolonia. Ut digni. Oratio.
Deus ꝓ cuius ſanctiſſimi noĩs
honore beata Appolonia vir-
go ⁊ martyr amarã ⁊ horribi-
lem dentium excuſſionẽ ſuſtinuit. pre-
ſta qm̃s: vt qui eius venerabilẽ cõme-
morationẽ pia deuotione frequentãt
a tetro dentiũ dolore immunes cuſto
dias. ⁊ poſt huius ſeculi erumnas ad
eterne patrie gaudia ꝑducas. Per.

¶ De ſancta Margaretha virgine.